



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 39. Acemetæ damnantur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](#)

Sæculum VI.  
A. C. 533.

§. XXXIX.

*Acemetæ damnantur.*

*Ep. Joan. 2.* Interea Joannes Papa nihil intentatum  
relinquebat, quo ad saniora reduceret  
Cyrum Monachum ab Acemetis delega-  
tum, illosque, qui cum ipso Romam ve-  
nerant impugnaturi Propositionem: *U-*  
*nus ex Trinitate passus est.* In errore  
pervicaciter perseverantes Papa a sua &  
totius Ecclesiæ Catholicæ Communione  
exclusos pronunciavit, jam prius a Com-  
munione Episcopi sui Patriarchæ Con-  
stantinopolitani rejectos. Nihilominus  
quosdam Monachos Romæ reperire fuit,  
qui se hac occasione a Communione Pa-  
pæ separantes, Acemetarum Delegatos  
sequi maluerunt. Igitur Papa datis ad  
Imperatorem Justinianum Litteris ipsius  
Edictum circa Fidem, cum consensu E-  
piscoporum editum, approbat, quod ut  
magis pateret, Imperatoris Epistolam  
suæ inserit. Unde Authentice confir-  
mat Propositionem: *Unus de Trinitate*  
*passus est*, eo modo quo Imperator eam  
veram esse pronunciaverat, scilicet, prius  
Doctrina de Trinitate & Incarnatione  
explicata, & addendo, quod in Carne  
sua passus sit. Deinde significat Papa,  
Monachos Acemetas fuisse a se damna-  
tos, quo non obstante Imperatorem hor-  
tatur, ut, si Errores abjiciant, ipsos re-  
cipiant.

*to. 4. Conc.*  
*p. 1746.*

*Lib. Brev.*  
*c. 20.*

ciperet. Hæc Epistola octavo Cal. Apr. Sæculum VI.  
Justiniano quarto cum Paulino Consule A.C. 534.  
id est 25. Martii anno 534. data.

Papa dimissis Imperatoris Delegatis,  
ad Senatores Romanos Epistolam dedit,  
ut, sicut ipsi cupiebant, doceret, quid  
his Delegatis respondisset. In ea Epi- *Ep. 3. p. 1751*  
stola dicit: *Indicavit nobis Imperator,*  
*tres ortas esse Quæstiones, nimirum, an*  
*Jesus Christus possit vocari unus de Tri-*  
*nitate. An in Carne sua passus fuerit*  
*Divinitate impassibili permanente. An*  
*S. Virgo Maria vere & proprie Dei Ge-*  
*nitrix dici debeat. Imperatoris Fidem*  
*approbabimus, atque testimonio Scriptu-*  
*ræ & Patrum veram esse ostendimus.*  
Tunc Propositiones singulas ex Auctori-  
tate probat. Omnium primum ex SS.  
Patribus citat S. Augustinum, *Cujus Do-*  
*ctrinam, inquit, Ecclesia Romana secun-*  
*dum Decreta meorum Antecessorum sequi-*  
*tur & servat. Ad calcem Epistolæ edi-*  
*cit, Ecclesiam Romanam damnare Mo-*  
*nachos Acemetas, quos Nestorianæ Hæ-*  
*resis evidenter convictos teneret. Quam-*  
*obrem, ait, secundum Canones, qui jubent*  
*ut Catholici excommunicatos devitent,*  
*admoneo vos, ut nequidem ipsis colloqua-*  
*mini, & nihil omnino vobis commune cum*  
*ipsis sit. Ceterum Joannis Papæ Episto-*  
*læ hac super re ab Epistolis Hormisdæ*  
*Papæ non dissentunt. Nam Hormisdas* *Snp.*

Kk 3 qui-

Sæculum VI. quidem offendit se indicat Monacho-  
A.C. 534. rum ex Scythia importunitate, at nec  
eorum Personas, nec Propositionem,  
quam affirmabant, damnat; econtra Jo-  
annes Papa hanc Propositionem specia-  
tum approbat, & Monachos Acemetas  
eam rejicientes excommunicat.

## §. XL.

*Codex Justiniani.*

*L. 8. Cod. de Sanct. Trin.* **J**ustinianus Imperator, acceptam Papæ  
Epistolam suo Codici, quem decima  
quinta Nov. ejusdem anni 534. secundo  
promulgari jussit, inseruit. Sub initium  
Imperii sui Leges Romanas corrigere ag-  
gressus primo Codicem, id est, Selecta-  
rum Constitutionum ab Imperatoribus  
Antecessoribus suis editorum Collectio-  
*L. 1. de no. Cod. fac. l. 2. ibid.* nem concinnari jussit. Id præcepit an-  
no 528. cumque opus istud esset perfe-  
ctum, anno sequenti 529. promulgavit.  
Deinde Codicem ex omnibus utilioribus  
veterum Jurisconsultorum libris confici,  
& Excerpta in Titulos distribui curavit.  
Huic Operi Nomen Digesta seu Pande-  
tas dedit. Id fieri mandavit 15. Dec.  
530. & postquam opus fuit absolutum,  
illud confirmavit, & 16. Dec. 533. pro-  
*L. 1. de vet. Jur. in l. 3. ibid.* mulgari curavit. Tum jubente Justi-  
niano Institutiones compositæ, quæ pro  
introductione ad hos libros essent. Et  
iterum Codice suo emendari jussò alte-  
ram